

1788,9.

DISSERTATIO IVRIS CRIMINALIS
DE RAPTV

QVAM

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

C O N S E Q V E N D I S

DIE XXVII. M. NOVEMBRIS A. C. CCCCCCLXXXVIII

H. L. Q. C

DEFENDET

HENRICVS BLÜMNER


PHILOSOPHIAE ET ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA







PARS PRIOR
DE CRIMINE RAPTUS.

I.

*Definitio raptus. Raptus criminibus vis publicae an
dilectis carnis adnumerandus sit.*

Raptus est abdu^ctio personae honestae contra ipsius eorum uue, quorum potestati subest, voluntatem, concubendi causa facta. Facile itaque intelligitur, quibus notis raptus a delictis vicinis, rapina, plagio, stupro violento, discrepet. Etenim rapina quidem rei, raptus hominis est; plagium non ad libidinem exercendam spectat; stuprum violentum deforatione, raptus abductione noscitur. — Nihil interest, vtrum vir mulierem, an mu-

A

lier

lier virum, an vir virum, an mulier mulierem rapiat; quanquam leges Romanae ^{a)} ac Constitutio Carolina Criminalis ^{b)} istarum legum auctoritatem fecuta tantummodo de viro mulierem rapiente loquuntur.

Parum contuenit inter Juris Criminalis Confultos, raptus in criminibus vis publicae an in delictis carnis numerandus sit. In horum numero reponitur a CHR. FRID. GE. MEISTERO ^{c)} aliquis, cum, de illorum sententia, sine vi interdum patretur, nec vnumquam libidinis expletiae intentione careat, praetereaque in C.C.C. carnis delictorum ordinis reperiatur adscriptus ^{d)}. At enim multa sunt eaque via argumenta, quae contrarium suadeant. Namque raptus semper est cum vi astuta fraudae, quae ipsa vis est, coniunctus; publicam securitatem libertatemque conturbat; in ciuitatis iura delicto carnis atrocis peccat. Omnipotens raptus tanquam character non libidinis expletio, sed abdu^cio, haberi debet, fitque adeo, ut abductione ipsum matrimonium quaeratur. Adde, quod raptus in iure Romano lege Iulia de vi publica comprehenditur ^{e)}, in Co-

dici-

a) L. un. C. de Raptu. l. 54. C. de Epis. & Cler. Nov. 143. 150.

b) In art. 118.

c) In Principiis Iuris Criminalis, S. II. P. II. C. XXX. §. I.

d) V. IO. SAM. FRIED. DE BOEHMER, in Elem. Iur. Crim. S. II. §. 133. Nota, ad CARPOVII Criminal. P. I. Qu. XL. obs. I. et III. init. ad C. C. C. art. c. §. I. LAUTERBACH in Colleg. theor. pract. D. ad L. 48. T. 6. §. 15. et ipse MEISTER, l. I. P. III. c VIII. §. XI. a. iure meritoque raptum ad vim publicam referri concedit. — Ratus formalis legis, inquit LYNKER, non conficit in causa libidinis, sed in periculo eius, in vi publica, in metu armorum, caedium et violatione custodiae parentium et cognatorum. Responf. 143. n. 38.

e) L. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi publ. §. 8. I. de iud. publ. l. un. C. de rapt. v.

=====

3

dicibusque recentioribus inter libertatis offensiones locum
inuenit^f).

II.

Ad raptus naturam primo loco abduatio pertinet.

Raptus abductionem in aliud locum requirit, quod ex ipso voce Germanica: *Entführen* intelligitur. Haec abducio cum huius criminis natura arctissime coniuncta est, cum in ea distinctionem primarium, quo raptus a stupro violento differt, nitatur. Nam et si sunt, qui cum ANTONIO MATTHAEO^a) putent, utraque delicta pro rorsus sibi esse similia, illius tamen argumenta, ipsis adeo dubitationibus a MATTHAEO antea prolatis^b), facile refelluntur. Nam primum rapina virginitatis non est raptus virginis, ut contra illum HENRICVS BROUWER^c) recte demonstrat; tum

A 2 duo

f) JOSEPHI II *Allgemeines Gesetz über Verbrechen, etc.* Th. I. §. 140. f.
et Illusterrimus Vir, CARMER in *Entwurf eines allgem. Gesetzbuchs für d. Preussischen Staaten.* I. Th. 3. Abth. Tit. VIII.
Abs. XII. §. 880.

a) In *Comment. ad L. D. de Crimin.* L. XLVIII, T. IV, c. II. n. 7. —
Fallō contendunt, raptum esse, cum aliqua vi corruptitur,
quem errorem carpit DECIANUS in *Tract. Crimin.* L. 8. c. 7.
n. 3. 4. — Stuprum viol. et raptum apud Flandros uno nomine
raptus comprehensa fuisset, monet JOD. DAMHOUDER, in
Praxi rer. crimin. cap. 95. n. 1.

b) Quemadmodum vi bonorum raptorum non tenetur, nisi qui vio-
lenter res eripuit et abduxit, (l. 4. D. ne quis eum qui in i. v.)
ita nec raptus accufari poterit, nisi qui personam violenter ab-
duxit. Et scut abduxisse non dicitur, qui in eodem loco homi-
nem retinuit (l. 3. C. ad L. Iul. de vi) ita nec rapuisse mulie-
rem dici potest, qui in loco solo deprehensam vi comprescit.

c) *De Iure Connubiorum,* L. II. c. 23. n. 7. 20.

duo ista delicta non solum in auctoribus optimis^d), sed etiam in legibus Romanis^e) et in C. C. C.^f) claris verbis discernuntur; denique natura, praescriptione et poena maxime discrepant^g). Neque vero negari potest, fieri interdum, ut vtriusque criminis fines confundantur. Etenim abductio quidem in locum *dissitum* haud dubie raptus est, et coitus, innuita et repugnante foemina *in ipso loco* patratus, stuprum violentum vere dicitur. At si rapta alium quidem in locum abducta est, ab illo tamen, in quo antea versaretur, non longe remotum, facile quaesueris, quorum hoc facinus pertineat. Etenim Vir Perillustris L. B. a SODEN^h), a quo tota haec materia acute tractata est, animaduertit, si abductio huius criminis character habeatur, gradum distantiae finiri debere, qui tamen finiri nequit. Quo igitur accuratius decernatur, idem flatuit, non in locorum distantia, sed in eo rem verti, ut abducta ex sua aut patria potestate in raptoris potestatem transeatⁱ). At nunc quaero, quonam charactere certo raptus et stuprum violentum internoscantur? Nam et in hoc crimine foemina, quae suae prius potestatis fuerat, potestati viatoris obno-

xia

d) V. BROUWER, l. l.

e) L. 3. §. 4. l. 5. §. 2. D. ad L. Iul. de vi publ.

f) In Artt. 118. 119.

g) V. MATT. BERLICH *Conclus.* T. V. c. 41. n. I. — 16. — Cf. FARINACII *Praxis Crim.* P. V. Q. 145. n. 69 — 74. Commentatores ad art. 118. C. C. C. BOEHMER, KRESS, CLASEN, LUDOVICI. BRUNNEMANN ad L. un. C. h. t. n. 17. MOLLER in *Semebr.* L. III. c. 7. n. 3. GONZALEZ TELLEZ in *Comment. ad L. V. Decret.* T. XVII. c. VII. n. 3.

h) In *Geist der teutschen Criminal-Gesetze*, T. II. §. 5.

i) Cum eo facit A REPER, Vir Generof. im *Peinlichen Rechte nach den neuesten Grundzügen*, T. IV. cap. IX. §. 4. 5.

xia fit¹⁾). Videtur itaque necessarium esse, vt saltem aliquam locorum distantiam et abductionem ponamus; quod abducendi confilium raptor ideo suscipit, quod alioquin de facinore perpetrando desperat. Sed quanta haecce distantia esse debeat, non certo constitutas, omninoque singula huiusmodi crimina, KOCHIO^{m)}, Illustri Viro, bene monente, ex concreto diiudicanda sunt. Nam qui, vt hoc utar, foeminam a via publica in filiam vicinam, aut ex camera in cameram propinquam trahit, hunc cum MATTHAEOⁿ⁾ et LEYSERO^{o)} raptorem male dixeris; ea tamen videtur distantia necessaria esse, vt raptam non facile quis sequi, aut ei opitulari possit. Ut vero raptam locum, quo ducitur, ignoret, quemadmodum CLASENIO^{p)} placuit, aut vt raptor foeminam eo in loco, in quem abducta est, semper custodiare constituerit, quae opinio fuit PEREZII^{q)}), nullo modo necesse est nec ad naturam criminis tantillum spectat.

III.

Secundo loco requiritur, vt raptam inuita rapiatur.

Raptum patitur persona, quae aut sui aut alieni juris est. Sui si iuris est, ipsa non consentit; si alieni, aut ipsa

A 3 consen-

l) Sane verbum *abducio*, quo Ietti hoc delictum definientes videntur, loci remoti notionem involvit, cum contra A. SODEN ambiguam vocem: *Raub* usurpet. — Cacterum, quod iste attulit exemplum, a raptus natura abhorret.


m) In *Institution. Iur. Crim.* §. 361.

n) L. I.

o) In *Meditat. ad Pand. Spec.* DXCIII, med. 3. — V. FROELICH ad C. C. C. L. III, T. IV. §. 1.

p) In *Commentarii ad C. C. C. a. l. n. 3.*

q) Ad L. un. C. h. t. n. 10.



consentit, sed non ii, in quorum est potestate, (*l. 4. de R. I. C. C. C. h. a.*) aut, consentientibus his, ipsa dissentit; aut denique utriusque dissentunt.

Rapitur persona inuita, primum, vi adhibita, cui rapta, saltem sine magno vitae vel membrorum periculo, resistere nequit ^{a)}). II. Mimitatione periculi propinquai, magni, ineuitabilis, v. c. vitae aut sanitatis, non autem leuioris, vt plagarum, carceris, bonorum amittendorum, et f. p. Quod tamen pro re nata diuersum est. Nam v. c. in persona, quae timidiuscula, debilis, aut parum adulta est, minae leniores idem, quod grauiores, poterunt praeflare. E contrario non debet omnis foeminae detrectatio, quae speciem duntaxat habeat, pro vera haberi, sed confians illa et vehemens sit oportet. Sic mulier, quae, cum raptori initio repugnasset, sensim consentit, de raptu queri non poterit ^{b)}). III. Persuasione, adulacione, artibusque fraudulentis, quae cum homines lenius mitiusque opugnant, libertatem voluntatis quodammodo euertunt. (*l. i. §. 3. D. de servo corr.*) Harum tamen rerum ea debet vis esse, vt sine earum adiumento persona rapta se abduci non possa fuisse ^{c)}). Sed et hoc pro re nata dijudicandum; nam solae preces aut dona non sufficiunt. Si autem constat, tali artificio usum esse raptorem, eandem poenam

a) V. BOEHMER ad CARPOV. l. c. et *Quæst. LXXV. Obſ.* 2. ID. ad C. C. art. c. §. II. KRESS ad eand. a. 119. §. 6. 8. A SODEN, l. c. T. I. §. 169. f.

b) V. LEYSER in *Med. ad Pand. Sp. DLXXXIV. Med. 8 — 12.*

c) V. DECIANUS l. c. n. 7. f. FARINACIUS, l. l. n. 110. I. H. BOEHMER in *Iure ecclie. Protest.* Tom. V. L. V. Tit. XVII. §. 143. BROUWER, l. c. n. 6. A SODEN, l. l. T. II. §. 16. — Falso MOLLER, l. c. n. 2. et ZIERITZ ad h. a. p. 122. *raptum sine vi & impetu fieri non posse contendunt,*

=====

nam meretur, ac si vim adhibuisset, quandoquidem vis minus etiam artibus morum bonitatem corrumpt, parentesque impetum a filia arcere possunt, quam contra infidias defendere frustra conentur. — Si rapta alieni iuris est, praeter ea, quae iam dixi, hoc quoque accidere potest, ut ii, sub quorum illa constituta est potestate, rem omnino ignorant. Tum istos dissensisse ponimus ^{d)}.

Quae, cum fui sit iuris adeoque consentiendi facultatem habeat, raptorem sponte sua sectuta est, rapta dici nequit. Ait quidem *lex un. C. h. t. et l. 54. C. de epist. et cler.* *Huic poenae omnes subiaceant, suis volentibus suis noalentibus virginibus* — *tale facinus fuerit perpetratum;* quam ob rem nonnulli affirmant, eum quoque, qui mulierem consentientem, siveque iuris, atque adeo poscentem et hortantem abduxerit, in poenam raptus incurre ^{e)}. At lex nostra hoc ideo fanciuit, quod prae sumitur, persuasiones sive tali in re adhibitos, (*v. l. l. §. 2. in fin.*) sin contrarium ciuitatum, nihil illa vox legis viget. Nec securitas publica ab illo laeditur, qui mulierem consentientem abducit, cum nulli ciuium tali pacto vis inferatur; ut legis illius nullus hic rigor sit ^{f)}. Probandum tamen est, raptam sponte sua cum raptore aufugisse ^{g)}.

Personae, quarum potestati rapta est subiecta, si illa nupsit, maritus, si innupta est, parentes tutoresue sunt.

Quaeri-

d) LYNKER, I. I. n. 60.

e) V. MATTHAEUS, I. I. n. 18. 19. LYNNER, u. 5. 6. FARINACIUS, c. I. n. 105. f. STRUV. in *Difser. Iur. Crimin.* IX. n. 18.

f) V. PETRI THEODORICI *Judic. Crimin. Praef.* C. VI. aph. VIII. n. 9. KRESS et BOEHMER, I. I. n. 2. BROUWER, I. I. n. 36. PEREZ, I. c. n. 3.

g) FARINACIUS, I. I. n. 145. f.

—————

Quaeritur, num etiam raptus dici possit, si quis puellam patre orbatam, inuita matre, abducit. Dum de parentibus loquor, inquit BOEHMER^{h)}, utrosque et sic etiam matrem intelligo, quatenus in ea causa est, ut cum effectu ad nuptias liberorum concurrere possit, quod fit, si patre mortuo liberos in coniunctu habet, et sic eorum actiones adhuc vere dirigit. PÜTTMANNⁱ⁾, Vir Illustris, hunc quasi raptum vocat. — Dubitant, num raptus vocari queat, si tutores foeminae non consenserunt. Plurique raptum hunc esse negant, cum pupillae sui sint iuris; saltem ibi, ubi ad matrimonia contrahenda tutorum consensus non requiritur^{j)}. At vero publica utilitas idem tutoribus, quod ipsis parentibus, ius largitur; id quod alii recte opponunt; praefertim cum in hac nostra lege tutoribus et curatoribus raptorem illico occidendi potestas concessa sit. Hoc ipsum per exempla statutorum quorundam nonnullis in locis factum esse monet BOEHMER^{m)}.

L. B. a SODENⁿ⁾ iure monuit, qui mulierem inuitam, etiam parentibus eius tutoribusue inuitis, rapiat, omnium maxime poena dignum esse; id enim tum ipsam raptam laedit, tum parentum, tutorum aut mariti iura vexat. Reliqua duo raptus genera supra commemorata perparum differre censet. At vero, ut quod ego sentio fearing, mihi quidem raptus mulieris inuitae, quam volentis, etiam-

h) Ad CARPOV. p. 308. a.

i) V. *Adversariorum* L. II, c. 29.

j) Cf. HELLEFELD ad ENGAU *Elem. Iur. Crim.* L. I. Tit. XVIII. §. 236.

m) L. I. et in *Elementis Iur. Crim.* §. 136. nota. Add. a SODEN, l. l. §. 17.

n) L. c. §. 19.

etiam si parentes dissentiant, videtur atrocior. Nam ea mulier, quae volens cum raptore aufugit, tam parum pudica videtur, ut vix credideris posse prohiberi, ne in ipso habitationis loco castitatem amittat. (Aliter tamen res habet, si mulier virum matrimonii causa sequitur, aut parum adulta nec mente confirmata est. Sic enim facinus ipsi minus est imputandum, iniuriaque parentibus illata augetur.) Talis mulier ne offenditur quidem, nam nec eius pudor, vt pote ab ipsa proditus, oppugnatur, nec in ciuitatis salutem raptor magnopere peccat. In nostris tamen legibus nullum hoc nomine discrimen reperias.

IV.

Tertio loco persona honesta ad raptum requiritur.

L. un. C. h. t. pariter ac *C. C. C. h. a.* requirunt personam honestam, et haec quidem verbis: *cyn vnuerleumbte jungfrau.* Persona honesta ea est, quae integritate morum bonaqua fame laudatur. Reipublicae magnopere interest, ne ciues existimationem honestam, virtutem et castitatem amittant^{a)}. Quae sponte sua cum raptore abiit, hanc ego personam honestam vix dixerim, cum, nisi re, voluntate tamen et consilio peccet, nec bonorum de fe existimationem curat. — Gradus sceleris in alia raptae conditione alius debet haberi. Quanquam enim sunt, qui nihil hic discriminis intercedere statuant, apertum tamen videtur, si securitatis publicae morumque curam species, diuersos causas esse discernendos. I. Haud dubie grauiissimum est feci-

lus,

a) V. BOEHMER ad CARPOV. l. l. p. m. 306. b. ad C. C. C. §. 3.
MATTHAEVS, l. l. n. 4.

lus, mulierem nuptam rapi; sic enim fit, vt adulterium, faltem adulterii confilium, raptui iungatur. (*l. un. pr. C. h. t.*) Matrimonia autem sancta et inuiolabilia reipublicae sint oportet. Hoc in scelere non solum raptis, sed eius quoque maritus violatur. Sin abduxtio volentibus marito et vxore fit, iam non raptus est, sed in crimen adulterii transit, vt recte monet a SODEN^b), frustra repugnante REDERO^c). II. Secundo loco a SODEN^d) ponit raptum sponsae alienae, quo etiam sponsi iura turbantur, et matrimonium impeditur. Itaque hic raptus gravior est, quam III. raptus puellae liberae, non despontatae, et IV. viduae honestae. V. Si de muliere quaeritur, quae cum uno tantum viro confueuit, aliud est, si si ipse illam rapuit, aliud, si aliis rapuit. Priore in casu, si mulier alieni iuris in raptum consensit, et illis, quorum in potestate versatur, voluntibus concubina facta est, raptus non est; sin illis inuidis, raptus est. Iam ipsam diffensisse ponamus. Si mulier usque ad tempus raptus cum raptore coniuncta vixit, non est raptus, cum hac abductione ipsa non laedatur; sin isto vitae genere abstinuit ad frugemque rediit, raptus esse videtur. Nam etsi tali mulieri castitas eripi non potest, plurimum tamen refert, coeptam morum vitaeque emendationem non impediri. Iam de posteriore casu. Si mulier ab alio, cuius concubina non erat, inuita rapta est, vix ego putem, hunc raptus nomine peti posse^e). Sed res in dubio versatur. VI. Si meretrix est, i. e. mulier, quae aut

b) L. d. §. 17.

c) L. l. §. 25.

d) In §. 8. Ei adstipulatur A REDER, §. 11.

e) V. DAMHOUDER, l. l. n. 13. VOET in *Comment. ad D. L. 48. T. 6. n. 6.*

aut lucri aut libidinis causa pluribus viris uno eodemque tempore prostat, non est raptus, sive sponte sua sive violenter abducta fuerit. Illud enim fornicationi fere par habendum, hoc extraordinario modo puniendum^{f)}. Nam hic ratio legis cessat, cum talis mulier, castitate bonaque fama turpiter perdita, scelesto vitae genere honorum ciuium iura amiserit, indigna, cuius a ciuitate ratio habeatur. E contrario vbi ista moribus emendatis melior facta est, raptus debet haberi, si quis in uitam, in primis si vi coactam abduxit^{g)}. Sed raptorem vi usum esse, probandum est, cum id improbabile videatur^{h)}. Caeterum raptus in personam inhonestam ex praefenti tempore diiudicandus. — Autoritatem *Speculi Saxonici* fecuti aiuntⁱ⁾, meretricis quoque et concubinae vere raptum esse. *An fahrenden Weibern, (quae corporis quaestum quaerunt,) und seiner eignen Buhlerin kann ein Mann Nothzucht begehen, und seinen Leib verwirken, wenn er sie wider ihren Willen beschläft.* L. III. art. 46. Cuius constitutionis hanc dat *Glossa rationem*, quod et impudica mores honestiores induere possit. Etsi tantum de stupro violento illic sermo est, ex analogia tamen haec sanctio in raptum trahenda videtur, cum utriusque criminis multa communia reperiantur. Porro patet ex L. III. art. 1. et *Glossa* crimina ambo coniuncta, poena eadem irrogata, fuisse. — Denique infants ad libidinem rapiendi fecelus pari fere modo, nisi seuerius, quam raptus virginis, erit puniendum. Etenim infans minus etiam quam natu-

B 2

ior,

f) FARINACIUS, I. l. n. 153. f. PEREZ, I. I. §. II. MATTHAEUS, I. c.

g) DAMHOUWER, n. 12. VOET, I. I. CLASEN, n. 4.

h) DECIANUS, I. l. n. 16.

i) Cf. BEYERI *Delin. Iur. Crim.* h. art. pos. X.

ior, tueri se ac defendere potest, et reipublicae saluti quam maxime nocet, liberorum mores tam cito corrumpi¹⁾). Pari passu mulieris mente captae raptus ambulat.

Raptus crimen est, siue altioris siue inferioris gradus rapta sit; cum vnaquaque securitatis publicae ius habeat²⁾). Nihilominus raptae conditio alia aliam poenam poscit. Ipse IUSTINIANUS in l. un. f. 1. C. h. t. inter ancillas libertinasque et personas ingenuas distinguit. Mulieris illustris raptus eius famam, ipsiusque adeo reipublicae commoda humilioris foeminae raptu magis laedit, praesertim si raptor in inferiore loco positus est. Hoc cum L. B. a SODEN³⁾ affirmet, REDER⁴⁾ male negat. Qui etsi vere dicit, puellam, etiam inferioris originis, si honesta sit et proba, non minus colendam esse et sanctam reipublicae, quam illam, quae sit in summo honoris fastigio constituta, et ignominiam corruptaeque pudicitiae dedecus non posse pecunia compensari, haec tamen a vero videtur aberrare, quod humilem obscuramque puellam aque ac filiam principis tali facinore laedi contendit. Illa enim cum hominibus ad talis ignominiae sensum hebetioribus adnumeretur, virum ei nummis facilis quae sueris; quae quidem res in nobilioris originis virgine locum non habet. — Porro quod a SODEN monet, inferioris conditionis hominem ad raptum mulieris illustris inuitari posse, quoniam matrimonium cum illa contractum fortunam ei beatorem polliceatur, id non negauerim interdum accide-

rc,

1) DAMHOUDER, II. 14.

2) BROUWER, n. 4.

3) L. I. §. 13. f. cf. FRÖLICH, I. c. §. 5.

4) D. I. §. 9. f.

re, quanquam a REDER iure opponit, talia coniugia tolli posse. — Sacrae virginis raptus grauior est, quam aliis. *Si quis, ait l. 5. C. de Episc. et Cler. p.) non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur q).* Talis raptus hodie iuri ecclesiastico eximitur, eique licet raptor nubere, monente REDERO^r).

Raptus etiam sponsae pro vero raptu habetur. *Quibus connumeramus etiam eum, qui saltē sponfam suam per vim rapere ausus fuerit, ait l. un. pr. h. t.* Sunt quidem, qui hanc lectionem non genuinam, et τὸ suam interpolatum putent, cum potius de aliena sponsa quam de propria sermo esse debere videatur^s); at lectio vera est, et cum Basiliis concordat^t). Neque Codex Theodosianus, neque Ius pontificium raptum sponsae propriae videtur prohibuisse. (Sec. l. 1. C. Theod. de r. virg. et can. 5. C. 36. q. 2. c. 49. C. 27. q. 2. et c. 2. C. 36. q. l. c. 6. X. h. t.^u) — Raptus sponsae secundum Iuris Romani principia pro raptu ideo habendus, quoniam sponsae licet sponsalibus renunciare, donec dominum deducta fuerit. Haec vero renunciandi facultas cum hodie in sponsalibus de praesenti cesset, nulla talis raptus poena videtur esse; siquidem sponsalia haec matrimonii

B 3

vim

p) Cf. IAC. GOTHOFREDI *Comment. ad l. 3. C. Theodos. de raptu v. matrim. sanctim.* — Add. l. un. pr. C. Iust. h. t. et l. 54. C. de Episc. & Cler.

q) FARINACIUS, n. 215, l. BOEHMERI *Ius Eccl. Prot.* l. l. §. 142.

r) L. 17.

s) I. H. BOEHMER, l. l. §. 139.

t) BOEHMER FILIUS, ad C. C. §. V.

u) BOEHMER PATER, l. l. §. 140, LYNKER, l. l. n. 12. l. FRÖLICH, l. l. §. 3. n. 1.

vim habent ^x), nec maritus suae vxoris raptor dici habere
rique potest. — Disquirere omnino conuenit, utrum
sponsalia fuerint publica an clandestina; nam si clandestina
fuerunt, apertus est raptus, si publica, causa raptus consi-
deretur oportet. Quod si quis tantummodo impatientia
viatus sponsam consentientem rapuit, cuius matrimonium
a parentibus inique differetur, nullo tenetur crimine; sin
iustam parentes differendi matrimonii causam habuerunt,
nec eius rei ignarus sponsus fuit, licet sponsa consenserit,
tamen raptus videtur. L. B. A SODEN, qui acute, ut
semper, hoc argumentum perquisuit, hoc utitur exemplo.
Vir desponsatus est puerilis. Causa leuis neque iusta pa-
rentum in istum animum ita coepit immutare, ut ipsos ma-
trimonii filiae promissi poenitere videatur. Jam sponsus
eam volentem abducit. Hanc ille abductionem raptum
esse negat ^z). Nec fane raptus est, sed extraordinarie vi-
detur punienda. Nam aut parentes iam retrahunt, aut
sponsus ex hac matrimonii dilatione rem praeuidere pot-
erat; ut aperte contra parentum voluntatem egerit. Et
enim sit interdum, ut, cum dura vox legum sponsam eius-
ve parentes fidem datam fallere vetet, tamen id suadeat
prudentia. Potuisse res ex aequo transigi, nisi raptor ab-
ductione omnia turbasset. A quo si inuita abducta est,
magis peccatur ^{aa}). — Qui sponsam suam concubitus causa
ita

^x) BROUWER, n. 22. BRUNNEMANN ad C. h. t. §. 6. MATTHAEVS, I. l. n. 12. ZIEGLER ad LANCELOTI *Instit. Iur. Can.* L. IV. T. VIII. §. 5. n. 340.

^z) L. c. §. 12. Cum eo facit A REDER, I. l. §. 13.

^{aa}) Add. BROUWER, I. c. n. 6. LYNKER, I. l. n. 9. f. CLASEN, I. c. p. 415. BOEHMER ad C. C. C. §. V. ad CARPOV, I. c. p. 305. b. THEODORICUS, I. c. n. 4. 5. VOET, I. l. FA-
RINACIUS, I. l. n. 86. f.

ita abducit, vt fatiata libidine illam relinquat, is haud dubie in poenam cedit raptoris.

De sponsae alienae raptu supra iam dictum est.

V.

Ad naturam raptus quarto loco consilium concubendi pertinet.

Hoc fine raptus a plagio dislinguitur ^a). Non tamen necesse est, vt, quod CLASEN ^b) vult, raptus vnicē libidinis turpiter fatiandaē ergo committatur; imo committitur aut ad matrimonium contrahendum, aut ad libidinem fatiandam.

ICti disputatione, num raptus matrimonii quaerendi causa commissus vere raptus dici possit. L. un. C. h. t. (quam confirmant expresse Nov. 143. et 150.) talis raptus mentionem non facit; at cum raptorem raptam in matrimonium ducere expressis verbis vetet, si istum raptum determinasset, pro vero cum raptu, credo, erat habitura. Nec magis Art. 118. hunc casum tangit, additque haec: eyner uehrlichen weis, quiae quidem verba, vt ICtorum fert opinio, ad matrimonii finem non speulant. Sunt, qui affirment, talis delicti poenam non ordinariam, sed arbitriariam statuendam esse ^c). A SODEN ^d), vt hunc memo-

rem,

a) REDER § 29. duo illa delicta his notis discernit, vt *plagium* cum propter alias cauas, tum propter libidinem fieri dicat, *raptum* solummodo concubendi causa; cuius sententiae argumenta in tomis seqs. libri sui se daturum promittit.

b) L. L. §. 5.

c) CARPOVII Crimin. I. l. n. 28.

d) L. c. §. 22.

rem, raptorem matrimonium quaerentem mitius puniendum censet, ut qui rem legitimam quaerat a modoque tantum illius quaerendae peccet; cum ille sit atrociori poena afficiendus, qui raptus consilium ad turpem illegitimamque libidinis exflationem referat. Verum enim vero raptor, etiam si matrimonium quaerat, tamen duplex mihi crimen committere videtur; nam tum personam rapit, tum vxorem illicito modo ducere conatur. Ratio legis haec est, ne boni ciues abductione cogantur aliorum cupiditatibus obsequi. Id ipsum nonne patiuntur tum, cum matrimonia coacti contrahunt^e)? Nonne haec vis reipublicae aequo noceat, quippe cuius multum interest, liberum esse coniugii fanciendi arbitrium? Nonne mulieri coactum matrimonium non minus acerbum stupro accidere poterit? Legum auctoritatem si tali modo eludere liceret, mirum quantum respublica laederetur. Nam qui matrimonium virginis legitime ambire non posset, ad raptum conuersus et parentum potestatem ludibrio haberet et virgini mariatum obtruderet. Hinc non video, quo iure CARPZOVIUS^f) afferat, qui matrimonii causa rapiat, non esse raptorem. Nonne is in dolo versatur, corruptorque castitatis recte dicitur? Lex igitur merito videtur hoc comprehendere,

e) Eadem prorsus, quae stupro obiicitur, in matrimonio conspicitur ratio, quae non admittit, ut diversa utrobique dispositio locum habeat, cum fauor innocentis in crimine raptus omnem puniendum ferat. BOEHMER ad CARPZOV. p. 308. — Es ist offenbar, dass es eine Art von Nothzucht ist, wenn man eine Frauensperson zwingt einen Gatten zu nehmen, den weder ihr Herz noch ihr Kopf gewählt hat. SERVIN über die peinliche Gesetzgebung, p. 196.

f) In Responsis, L. VI. T. V. Resp. 89. n. 13. s. iam refutatus a LYNKERO, n. 55. et BOEHMERO in Elem. Iur. Crim. S. II. §. 137. n. 1. et ad CARPZOV. l. l.

hendere, praesertim cum LYNKER^{g)} moneat, verba: eyner vnehrlichen weifs, non debere explicari, libidinis causa, sed potius contra leges et honestatem publicam. Ait etiam nostra lex expresse §. 1. Nullo modo nulloque tempore datur a nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republica matrimonia sibi student coniungere. Oportet enim, ut quicunque vxorem ducere voluerit, sine ingenuam sine libertinam: secundum nostras leges et antiquam consuetudinem, parentes, vel alios quos deceat, petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum coniugium^{h)}). — Nihil mihi videtur interessare, vtrum puerilla, parentibus necdum orbata, matrimonii ergo, volens an inuita rapiatur. KOCHⁱ⁾ quidem hos casus diuersos habendos censet; nam priorem non vocat raptum, quoniam abducio non fiat vnehrlicher weifs. At quod pace Summi Viri dicam, haec verba seu libidinis causa, seu secundum LYNKERI sententiam explicentur, discrimen ab eo constitutum vix ausim probare. Nam, cum matrimonium quaeratur, in vtroque casu raptus non libidinis causa factus est; et si contra leges et honestatem publicam explices, vtrobique raptus legibus repugnat, cum parentum auctoritas nequeat negligi. Priore tamen in casu Ius Canonicum non esse raptum autem, matrimoniumque admittit sec. c. VI. X. de rapt.

Quaeritur, num raptu patrato matrimonio locus sit, si ipsa rapta consentiat. Id leges Romani ac Canones antiquiores prorsus vetant, recentiores permittunt¹⁾. (v. c.

4. C.

g) L. c. n. 8.

h) THEODORICUS. I. l. lit. c. CLASEN, n. 6. LYNKER, n. 29.
§. 55. f. BOEHMER, I. l. BROUWER, n. 8.

i) L. L. Schol. ad §. 364.

l) I. H. BOEHMER, in Tur. Eccles. Prot. I. c. §. 148. f.

C

4. C. 36, q. 2. et c. f. X. h. t.) Nam et si BOEHMER^{m)} monet, CAROLUM V. ad leges Romanas prouocantem, decreta Iuris Ecclesiastici consulto praetermisssae, nec adeo poenam sequente matrimonio mitigari posse: tamen hodie Ius Canonicum ita obtinuit, ut poena capitalis mutetur, nuptiaeque in matrimonii honorem concedantur^{n).} — Nihiloscius raptus crimen perflat, poena acque dignum ac si coniugium abfuerit. Namque raptia eiusue parentes matrimonium assensu suo fere tantum ideo comprobare mihi videntur, quod alioquin periclitanti famae succurri posse desperant. Assensus ergo semper videtur coactus, vereque a SODEN cum SERVINO^{o)} obseruat, et si facinoris mala minuantur, non tamen eius, qui illud commiserit, culpam minui, praetereaque, si quis tali nomine poenam effugiat, facile accidere posse, ut alii ad eadem patranda inuitentur. Raptia parentesue eius, nisi raptus cogeret, raro nuptias erant probaturi; alias enim raptor iustum viam institisset^{p).}

Secundo loco vnicce ad libidinem satiandam raptus committi potest. Iuris Criminalis Consulti quidquam interesse negant, raptus stupri, an adulterii, an sodomitiae causa patretur. Vere haecnus, quod, quo sine raptus factus est, hunc ut assequatur raptor, ad naturam criminis non pertinet, sed in oculos incurrit, et poenam de-

beret

m) Ad CARPOV. I. d.

n) BRUNNEMANN, I. c. n. 18. BERGER in *Oecon. Iuris*, p. 617. n. 3. ex edit. Perillustris Viri DE WINKLER, MENKEN *Sy-*
stema Iur. Ciui. sec. Pandectas L. 48. T. V. §. 40.

o) I. c. n. 21. SERVIN, I. d. p. 197. f.

p) DeBOEHMER, I. I. I. H. BOEHMER, I. c. §. 140. LYNKER, n. 12.
STRYK *de diffen/su Sponsal.* S. V. §. 43.

bere intendi, si criminis ipius foeditas causa aliqua accessoria augeatur, ut poenam aliam stupri consilium, adulterii aliam flagitet ^{q)}). — Denique ii quoque huius delicti poena teneri mihi videntur, qui puellam lenocinii causa rapiunt. Nec enim quidquam differt, tibi an alii rapias, praesertim cum nostra in lege eadem sit poena comitibus sceleris atque adiutoribus statuta.

Ad ipsum crimen non pertinet, consilio, quod raptor sequuntur est, satisficeri. Sufficit ipsa voluntas ^{r)}. MEISTER idem esse arbitratur, vtrum libidinis expletio sequuta, an qualibet de causa omissa fuerit ^{s)}. Sed, si sequuta est, vt nouum facinus nouam quoque poenam meretur; quod etiam a nonnullis affirmatur ^{t)} propter verba: *maxime cum virginitas vel casitas corrupta restitui non posse*. — Humanitas tamen admonet, vt, concubitu non sequonto, cur omisitus sit, quaeramus. Si raptor vi casuue fortuitu ab eo deslitit, plena poena plectendus est; sin vero sponte, poenitentia motus, absinuit, quin raptam vltro dominum reduxit, lenius videtur puniendus ^{u)}.

Resiat, vt inquiramus, quid tum flatuendum sit, cum vir a muliere rapitur. Leges Romanae et Carolinae hoc delictum fortasse ideo omiserunt, quoniam rarissimum est, et, vt ait POMPONIUS in l. 3. D. de Legg. iura constitui oportet in his quae ἐπὶ τῷ πλεῖστῳ, i. e. vt plurimum, accidunt, non quae ἐκ παραλόγων, i. e. ex inopinato. Sed cum

C 2

et

q) FARINACIVS, n. 45. BROUWER, n. 2, 3.

r) DAMHOUDER, l. l. n. 15. BROUWER, n. 9. PEREZ, n. 9. LYNKER, n. 8. REDER, §. 21.

s) L. d. §. VI.

t) MATTHAEUS, I.c. n. 6. BOEHMER, ad C.C. §. VI. A SODEN, §. 23.

u) BRUNNEMANN, n. 9. LUDOVICI, ad h.a. BLUMBLACHER, ad h. l. n. 3. A SODEN, §. 24. FRÖLICH, l.d. §. 3, n. 2.

et mulieres raptoribus opitulantes capite iuant, multo magis, quae ipse rapiunt, plectendae ^{x)}). Ceterum par fere huius priorisque facinorum ratio videtur. Nam in hoc facinore quantitas quidem moralis, i. e. delicti noxa, minor, sed qualitas moralis, h. e. auctoris culpa, maior est. Quanquam enim BOEHMERO ^{z)} et REDERO ^{aa)} libenter dederim, castitatem adolescenti aequa sanctam ac virginis esse debere, negari tamen nequit, eius iacturam, quae mortuum nostrorum ratio est, minus adolescentis, quam pueriae aut viroris fortunae famaeque officere; quantitas ergo criminis minor est. Sed cum in foemina maior castitas et verecundia, quam in viro, requiratur, raptus a muliere commissus, multo altiore violentiae et impudentiae gradum illo ostendit, qui a viro perpetratur; itaque qualitas criminis crescit. Hinc, ut plerique contendunt ^{bb)}, virtus que raptus eadem poena videtur statuenda, et si alii posterioris tantummodo extraordinariam esse volunt ^{cc)}. Ceterum in hac nostra terra et coeli regione rarissimus posterior erit, quamvis eum posse accidere contra BOEHMERUM negare nullo modo ausim. — Eadem fuerit ratio, si vir virum, aut mulier mulierem rapiat ^{dd)}.

x) GOTHOFREDUS, ad l. d. *Cod. Theod. de rapt. virg.*

z) L. l. §. IV. in fine.

aa) L. l. §. 18.

bb) BOEHMER, l. l. MATTHAEUS, l. c. n. 2. KRESS, §. XI. CLASEN, p. m. 415. f. VOET, n. 4. GONZALEZ TELLEZ, l. c. n. 4. BEYER, l. c. pos. IX. Add. FARINACIUS, l. l. n. 33. f.

cc) DAMHOUDER, l. l. n. 17. FRÖLICH, l. d. §. 4. PEREZ, n. 12. III. PÜTTMANN, in *Elem. Iur. Crim.* §. 666. c. QUISTORP, V. III. in *d. Beyträgen zur Erläuterung vers. Rechtsmaterien* I. B. I. St. p. 35. f.

dd) Cf. DECIANUS, l. l. n. 28. 29. FARINACIUS, n. 45. f. KOCH, l. l. §. 362.

PARS

PARS POSTERIOR
DE POENA RAPTUS.

VI.

Constitutio Iuris Romani.

JUSTINIANUS in l. un. C. pr. h. t. raptoribus capitibus supplicium minatur. (cf. l. 8. I. de publ. Iud. l. 5. J. 2. D. ad L. Iul. de vi publ. l. 54. C. de Epist. et Cler. Nov. 143.) (Quamnam poenam statuerit CONSTANTINUS M. et si ex ipsius lege l. C. Theod. de rapt. virg. non liquet, GOTHOFREDUS^{a)} tamen opinatur, ignis ab eo supplicium indistincte suisse iussum. CONSTANS vero in l. 2. eod. poenam capitalem, i. e. gladii, liberis hominibus, feruis ignis decernit.) Parentibus, consanguineis^{b)}, tutoribus, curatoribus, patronis, dominisque raptae licet, raptorem eiusque comites in raptu versantes impune occidere^{c)}. Porro, si raptus est ingenua, omnia raptoris eiusque commitum bona in illius possessionem transeunt, non item, si ancilla aut libertina est. (J. 1.) Sin raptor liberos legitimos habet, his portio legitima datur. (sec. l. 7. pr. D. de bon. damn. Nov. 123, c. 30. c. 43.^{d)}) Qui raptorem comiti

C 3

a) In *Commentario* ad h. l.

b) Sub *Consanguineis* intelligi non solum fratres, sed ex eodem fanguine natos contra MATTHAEUM, l. l. n. 9. 10. et BROUWER, n. 12. condendit BOEHMER ad C. C. C. §. VII.

c) Cf. BROUWER, l. l. n. 11.

d) V, MATTHAEUS, l. l. n. 15.

tati sunt, iis eadem, quae facinoris auctori, poena irrogata: capitalis tantum reliquis, qui, cum non essent socii abductionis, raptorem tamen consilio operaque inuarunt, cuiuscunque sint generis et conditionis; (*I. 2.*) serui igne plectuntur. (*I. 3.*) (CONSTANTINUS M. participes et ministros liberae conditionis deportatione plecti, seruilis conditionis, sine sexus discriminine, cremari iussit, in *I. l. C. Theod. h. t.*) Porro negantur raptori appellatio, (vt etiam fec. *I. Theod.*) et fori praescriptio^c). (*in pr.*) Raptae non licet, raptori, si forte is aufigit, nubere. Quod si eius matrimonium, praesertim inuitis parentibus, amplectitur, sub nullo titulo raptoris eiusque sociorum bona alioquin sibi debita accipit; imo haec aut utrisque parentibus superstitibus, aut illi, quem nuptiis repugnasse constat, veniunt: qui si aut vita exceferunt, aut ambo assensi sunt, bona ista fisco addicuntur. (*Nov. 145. 150.*) Ceterum haec lex parentes, qui licet non consentirent, tamen patientiam praebuere, ac dolorem remisere, deportatione plecti iubet. (Pariter *L. CONSTANTINI.*) E contrario foeminas raptas nulla poena IUSTINIANUS censet afficiendas, ne tunc quidem, cum sponte sua vna cum raptoribus abierunt^f). (CONSTANTINUS vero vult, vt raptae eadem, quam raptores, poenam luant, atque adeo, si inuitae sint abductae, parentum successione carcent. Idem edicit, vt nutritibus, si forsitan raptum suaferint, meatus oris liquentis plumbi ingestione claudatur. Praeterea delatoribus praemia proponuntur^g). Denique raptores iure asyli priuan-

c) IDEM, I. l.

f) V. BROUWER, I. l. n. 19.

g) GOTHOFREDUS ad *I. l. C. Theod.*

priuantur. (*Nov. 117. c. 7.*) Si vero rapta Deo dicata est, eadem poena manet, raptorisque ac fociorum eius bona, monasterio, quod illa incolit, aut, si diaconissâ cuiuscunque ecclesiae est, huic ipsae ecclesiae ita traduntur, ut bonorum ius ac plenam possessionem ecclesia, ipsa vsumfructum habeat. (arg. *l. 54. C. de Episc. et Cler. add. Nov. 123. c. 43.*) In alia omnia iuit LEO, in *Nov. 35.* — Quae ex *l. Iul. de adult. crimina descendunt, V annis praescribuntur, sec. l. 29. §. 6. D. ad h. t.* Sed raptum illuc non pertinere, expresse docet *l. 5. §. 2. D. ad l. Iul. de vi publ.* *Sine quinquennii praescriptione reus postulari poterit, cum raptus crimen legis Iul. de adult. potestate excedat.* Ergo, ut reliqua delicta, XX annis praescribuntur, sec. *l. 12. C. ad L. Corn. de falsis.* (Sec. *l. 3. C. Theod. de r. virg.* quinquennio raptus praescribatur.)

VII.

*Sanctio Iuris Ecclesiastici, Germanorum, Caroli V,
Saxonum.*

Quid raptoribus poenae Ius Ecclesiasticum irroget, cum a BROUWERO ^{a)} et BOEHMERO PATRE ^{b)} multis declaratum sit, hic non repetam. Raptore poena mortis liberat per *c. 4. C. 3. q. 4.* ubi expresse dicitur: *Hos (raptores) leges seculi interficiant, sed nos misericordia praeente sub infamiae nota ad poenitentiam recipimus.* Ceterum, nisi raptis, redditia sibi libertate, dissentit, matrimonii ineundi veniam dat. *c. 10. II. C. 36. q. 2. c. 6. 7. X. de raptu.* ^{c)} — Apud Germanos

a) *L. l. n. 23.*

b) In *Iur. Ecclef. Prot. l. l. §. 147.*

c) Cf. a SODEN, *l. l. §. 27.*

—————

Germanos huius criminis poena plerumque pecuniaria fuit. Postea capitalis inualuit ^{d)}, vti a BOEHMERO ^{e)} diductius expositum est. — CAROLUS V. in art. 118. C. C. C. nullam poenam definiens ad Ius Romanum ablegat, his verbis: *und soll der thetter, nach satzung unsrer vorsarn, und unsrer Keyserlichen recht darumb gestrafft und derhalb bei den rechtuerstendigen radts gebraucht werden.* Haec vero postrema verba non ita capienda, tanquam Imperator poenam mortis, hac ad ICTOS ablegatione, mutare voluerit; id quod contra BEYERUM ^{f)} probat DE BOEHMER ^{g)}. Ordinatio quoque Criminalis Bambergensis poenam gladii diserte constituit: *der Tetter sol mit dem schwert vom leben zum tod gestrafft werden.* art. 143. et eodem modo *Ordinatio Brandenburgica*, art. 145. et *TENGLERI Layenspiegel*, P. III. art. VIII. *Ius Criminale Norimbergense*, ex quo L. B. A SCHWARZENBERG, Ordinationis Bambergensis auctor, multa in hanc transtulisse videtur MALBLANKIO, Illustri Viro ^{h)}, raptoris poenam gladii aut suffocationis deflinebat. — *Lex Saxonum Tit. VI. §. 2.3.* a raptore poenam tantum pecuniariam exigebat. *Speculum Saxonum L. III. a. 1.* (*coll. L. II. a. 13.*) viventes, quotquot in raptu violento versati sunt, ergo non modo raptorem, sed etiam animalia capitali afficit, praeterea paries ac portas, quae raptam inclusam tenuerunt, non totas funditus aedes, qui MOLLERI ⁱ⁾ error fuit, di-
ruendas

d) V. HEINECII *Ius German.* T. II. §. 222.

e) Ad C. C. C. l. i. §. VIII. et REDERO, §. 32.

f) L. I. pos. IV — VI.

g) L. I. §. IX. — Cf. omnino V. Celeb. MALBLANK in d. *Geschichte der peinl. Ger. Ordnung*, p. 205. f.

h) L. I. p. 33. f.

i) In Semest. L. III. c. 7. n. 6. cf. *Glossa ad art. l.*

ruendas censet. — Secundum Constitutionem Augus*ti MS. XVI.*
 qui foeminam nuptam innuptam aut viduam in patria
 constitutam potestate abduxit, seu sponte illa sua, seu
 inuita raptori concessit, seu concubitum passa est, seu
 manit intemperata, is cum sociis capite plectitur. Si vero
 aut filia consentiens, aut mulier non amplius iuri obno-
 xia patrio, rapta est, facinoris auctor sociique istib[us] fu-
 sium afficiendi in aeternumque relegandi. Si non libidi-
 nis causa, sed matrimonium adepturus, coelebs innuptam
 rapuit, nec fomina illius confilio repugnat, ut matrimo-
 nio honos habeatur, delictum ex arbitrio iudicis, nec ta-
 men ultra relegationem, puniendum¹⁾.

VIII.

Vsus fori hodiernus.

CAROLUS V. cum Constitutiones Iuris Canonici sibi
 haud incognitas omiserit, et ad Romanas prouocauerit,
 quin harum vigor adhuc perfret, nequit dubitari^{a)}. Ita-
 que etiam nunc poena mortis obtinet. At enim cum, vt
 supra diximus, iure ecclesiastico matrimonium raptoris et
 raptae concedatur, iusque Canonicum in matrimonialibus
 polleat, multis placet, apud nos quoque matrimonium va-
 lidum esse oportere. Huius vero opinionis leuitatem
 BOEHMER^{b)}, alios vt taceam, arguit, ac PEREZIUM^{c)},
 poenam publice luendam posse cum matrimonio coniungi,
 somnian-

1) Cf. C. F. HOMMEL *Rhapsod.* CCCLV. et LXXIV.

a) V. QUISTORP, in den *Beyträgen*, B. I. St. IV. p. 144.

b) BOEHMER PATER, l. l. §. 150. FILIUS ad CARPZOV. p. 308. b.
 ad C. C. C. §. IX. et quos laudarunt,

c) L. l. §. 7.

D

somniantem, derisit. Nihilominus tamen nostris diebus, I. si raptus matrimonii causa factus est, aut si raptam sponte vult nubere raptoris, poena mortis in honorem matrimonii non amplius locum habet, sed v. c. in relegationem perpetuam, i.e. hodie plerumque in poenam ergaftuli mutatur^{d)}. II. Confiscatio bonorum adhuc obtineret, certe tum, cum raptam connubium reprobauit, nisi ea, vtpote odiosa facta, vti displiceret^{e)}. III. Non delicti conscientis ministrosque, sed tantummodo eos, qui in ipso criminis actu versentur, capitali poena, qui extra eum, aliqua extraordinaria affici, BERGER^{f)} tradit. Ad principia consueta esse dirigendam socrorum delicti poenam, cum C. C. C. corum mentionem non faciat, QUISTORP^{g)} arbitratur. IV. Patri foeminae aut consanguineis non licet impune rapto-rem occidere, nisi ipsis resistentem adeoque vim inferen-rem^{h)}. V. Deportationis poenam parentes dolorem re-mittentes non amplius metuantⁱ⁾. VI. Denique raptor liberos, ex raptis forte susceptos, alere, raptamque matri-monio non sequuto priuata quadam satisfactione placare cogitur^{j)}.

VIII.

d) Cf. BERGER et MENKEN, I. I. CARPOV. Qu. LXXXV. n. 68. — V. Generale d. d. Dresden, d. 30. April, 1783, die in Ertied. d. Landes-Gebrechen de ao. 1661. Tit. v. Iuslit. Sachen §. 59. denen Gerichts-Obrigkeiten in gewisser Maasse nachgelassene Verwandlung der Landes-Verweisung in Geldbußen betreffend, etc. §. 1. Add. HOMMER Rhaps. CCCXXX. n. II. PUTTMANN, I. I. §. 75. MÜLLER Promtuarium Iuris. v. Relegatio. n. 27.

e) A BOEHMER, I. I. KOCH, I. c. §. 365. QUISTORP, I. I. St. III. p. 162. f. MENKEN, I. I. §. XLI.

f) L. L. et MENKEN, I. I.

g) L. I.

h) i) BOEHMER et BERGER, II. II. MENKEN, §. XLII.

j) QUISTORP Grundsätze d. peinl. R. T. I. §. 515.

VIII.

De causis poenam mitigantibus et exasperantibus^{a)}.

Poena huius criminis his de causis vere mitigatur. I.
Si raptor opinatus est, foeminam, cuius raptum cuperet,
sui iuris vel profitibulum esse^{b)}). Illo in casu sponte in-
telligitur, foeminam volentem abiisse. Hic vero casus
raro acciderit, etenim, quam quis corpore quaestum fa-
cere arbitratur, eam, reor, non abducet, ut voti, sui
compos fiat. Ceterum raptor debet probare, se alia ratio-
ne mulieris conditionem cognitam habere non potuisse.
Qui meretricem, quamvis inuitam, rapuit, in raptus cri-
men incurriere, supra negauit. II. Si quis mulierem abdu-
xit, quam antea paulo familiarius cognitam habuerat^{c)}.
Mulier enim nec facile probare poterit, se raptori restitut-
se, et pudicitiam iam perdidit. At vero si prius non sponte
fua in concubitum consensit, postque ad raptum per-
ducta est, aut si ad frugem vere rediit, poena raptorem
consueta manet. III. Si quis sponsam suam rapuit, cu-
ius matrimonium vel sine raptu adipisceretur. Quod si
sperare non potuit, aut si illam concubitus causa abduxit
posteaque reliquit, raptus iure dicitur^{d)}). — Quas nunc
causas poenae mitigandae tradam, et si legum verbis con-
trariae sunt, acquisite tamen et humanitate nituntur. IV.
Si raptor XVI aut XVIII annis minor sit; quod tamen ab

D 2

aliis

a) Cf. DECIANUS, l. l. c. 13.

b) V. KRESS, l. l. §. IX. n. 6. BOEHMER, l. l. §. XI. DAMHOUDER,
l. l. n. II.

c) THEODOR, l. l. n. 20. KRESS, l. l. n. 6. BEYER, pos. XIII.
VOET, n. 6.

d) CLASEN, p. 416. HEIL *Index et defensor*, c. VI. §. XXVI. PÜTT-
MANN, *ELEM.* I. C. §. 672.

aliis negatur ^e). V. Si foemina nullis nec insidiis nec persuasionibus capta, raptoris consilium probavit ^f), fortassisque adeo illum ad raptum instigauit ^g); nempe tum, cum non est sui iuris, nec consentiendi habet facultatem. VI. Si raptor sponte a concubitu abstinuit ^h). His iungunt: VII. Si raptus matrimonii causa commissus est ⁱ). VIII. Si, raptu patrato, matrimonium optat mulier^j), aut eius parentes tutores consentiunt ^m). Sed haec, ut supra dixi, facinus non excusat, neque reliqua, quae proferruntur, ut coniugis laesi intercessio, quae quidem, teste BOEHMERO, nullius efficacie est, quoties de securitate publica violata agitur, aut raptae anni nondum nubiles, et eiusmodi alia ⁿ). — Nec minus illi, qui abductionem suuarent, mitius tractantur, si, quoniam raptor consilio foeminam abducere, ignorarunt ^o). Ceterum vbi facinoris auctori poena mitigata infligitur, aequum est, socios quoque lenius haberi.

Contra

- c) THEODOR. n. 21. KRESS, n. 7. ENGAU, §. 251. b. MEISTER, §. VIII. Neg. BOEHMER, *Elem. I.C.* 142. et l. l. SODEN, §. 29.
- f) LAUTERBACH, l. l. CLASEN, p. 417. Ill. V. GMELIN, in d. *Grundzügen d. Gesetzgebung u. Verbrechen und Strafen.* §. 131.
- g) DECIANUS, l. l. n. 19. VOET, n. 6. PEREZ, §. 3. Negant DAMHOUWER, n. 3. I. H. BOEHMER, l. l. §. 143. DE BÖHMER, ad CARPOV. p. 309.
- h) CLASEN, LUDOVICI, VOET. l. l. ZIEGLER, l. l. n. 339. BRUNNEMANN, l. l. §. 9. Negant LYNKER, l. l. n. 8. BROUWER, n. 9. 14. BOEHMER, l. l.
- i) KRESS, l. l. §. 6. GMELIN, l. l.
- j) IDEM, l. l. MEISTER, l. l. nota. BEYER, pos. VIII. Dissentient BROUWER, n. 28. I. H. BOEHMER, §. 150.
- m) QUISTORP, in *Gesetzbuche*, P. I. §. 170.
- n) GMELIN, KRESS, et BOEHMER, l. l. MEISTER, l. l. n. IX, A SODEN, §. 29.
- o) THEODOR. n. 22. HEIL, n. 7.

Contra ea poena exasperatur ^{p)}, I. si raptus aliis criminibus, vt adulterio, homicidio, et s. p. augetur ^{q)}. (Idem sit tum, cum concubitus accessit, qui etsi abductionem necessario consequi videatur, tamen raptus sine eo locum habet.) Tunc res ad delictorum concursum diiudicanda. II. Si raptor propinqua cognatione raptam contingit ^{r)}. III. Si raptus maxime violenter factus, aut repetitus est ^{s)}. IV. Si rapta omni auxilio deslita, vt infans aut mentis non compos est ^{t)}. Mitto alia, quae ex supra dictis intelliguntur.

X.

Recentiora placita.

Mitiores sunt temporum recentiorum ICti et Philosophi, et a mortis poena plerumque abhorrent. A GLOBOG, Vir Perillustris, plagiarios, quibus raptore adnumerat, libertate priuandos censet, et, si raptus libertatem potest recuperare, captiuitatem X. annorum, sin minus, aeternam iubet. Nihil is interesse docet, violenter an insidiose rapiatur. Si raptus consilium raptoris probat, non crimen habendum, sed ad summum destitutam a rampo, quam ille parentibus tutoribusque suis debebat, obedientiam esse arbitratur, cuius delicti poenam disciplinae morum publicae praefectus exigat. Praeter hanc vindictam publicam rampo, quae facinore perdiderit, restitui, innuptaque raptum perpeccae, sextam bonorum raptoris partem

D 3

dari

p) V. FARINACIUS, l. l. n. 59. — 61.

q) Cf. MATTHAEUS, n. 8. VOET, n. 6.

r) s) V. GMELIN, l. l.

t) Sic *Ius Luber*, ap. I. H. BOEHMER, l. l. §. 151.

dari iubet, quod tamen, inito matrimonio, cesset^{a)}). — QUISTORP quoque raptum secundum plagii principia di- iudicandum arbitratur, duodecimque annorum captiuita- tem cum laboribus publicis grauioribus coniunctam de- cernit, si rapta vitium passa est; sin intacta fuit et liber- tatem recuperavit, IV. annorum; denique si libertatem raptori ipsi acceptam refert, vnius duorumue annorum. Nil refert, vi an insidiis, libidinis an matrimonii causa raptum fuerit, rapta pro raptore intercesserit, nec ne- sentientem, at inuitis parentibus, marito aut tutoribus ab- duxit, abductamque postea et illaesam reddidit, semestri ergastuli carcere aut custodia annua strictiore coercetur. Nupta, quae se sponte sua passa est abduci, indissimile ad ergastu- lum per VI. annos habitandum condemnatur; de reliquis secundum adulterii principia sententia fertur. Innupta, sponte sua et inuitis parentibus abducta, si inhonestum cum raptore commercium exercuit, biennum, si pudicitiam seruauit, spatium annum ergastulo includitur; vtrumlibet acciderit, nisi parentum veniam impetrat, iure here- ditatis orbatur. Quae inuito tuto abducta est, duas vel quatuor hebdomadas debet in custodia teneri. Rapta pa- rentibusque postea nuptias probantibus, matrimonium con- trahatur, sed raptor aut multam XX thalerorum soluat aut carcere IV. hebdromadum puniatur. Rapta consen- tiens aut X thaleros pendat, aut II. hebdromadum custo- diam ferat. Qui rapuit sibi annuentibus parentibus de- spon-

^{a)} VON GLOBIG UND HUSTER' Abhandlung von der Criminalge- setzgebung, p[ar]t[ie] 200. §. EORUND. Vier Zugaben zu dieser Schrift, p. 106.

sponsatam, X. thaleros, et sponsa volens, sex soluat. Qui meretricem aut concubinam inuitis parentibus, XX thaleros, qui inuitam, decem^{b)}). — Raptus ne poena capitalis sit, nisi aliud crimen capitale accedat, sed grauis, secundum GMELIN. Poena praesertim tum intendenda, cum foemina inuita libidinis causa rapta est: remittenda, cum illa consensit, cum raptor matrimonium ambiit, cum vi abstinuit, cum rapta ei nubere non auersatur. Exasperatur, cum fluprum violentum acceſſit, mitigatur, cum rapta a raptore vltro dimiſſa fuit^{c)}). — SERVIN tantum de puellae aut viduae raptu matrimonii causa factio loquitur. Raptorem seruitute sempiterna, diuturna certe, puniendum cenſet, quod pro raptoris consilio diiudicandum. Idem recte ſtatuit, nihil detrahi de feceleris foeditate, etiam si mulier matrimonium vi incepturn affensi ſuo conſirmet^{d)}). — Nimis duram eſſe poenam mortis, ait L. B. A SODEN, niſi aliud crimen capitale accedat, oculoque aut decem annorum cuſtodiā iubet, idque in raptu graviflmo^{e)}). — Septem raptus classes facit A REDER. Ponit I. raptum mariti aut vxoris; II. ſponsi alieni aut ſponsae: III. virginis: IV. puellae a raptore prius adamae, cetera honeſtiae: V. viduae: VI. ſponsi proprii aut ſponsae propriae: VII. adolescentis coelibis. Primus raptus infamia per praeconem publicata, et damnatione ad labores publicos per XII. annos puniatur, raptorque quotidie vnam horam caueae versatili includatur. Reliqui pari poena afficiantur, ſingulorumque deinceps poenae unus annus decadat; ſed in duobus posterioribus infamia ceſſat. Trium posteriorum auſtores cauacem verſatilem ne inēant, ſed accē-

b) *Ausführlicher Entwurf zu einem Gesetzbuche, etc.* T. I. p. 189. f.
c) L. l. §. 131. d) L. l. §. 196. f. e) L. l. §. 25. 26.

accéderentes récedentesque a publicis operibus fusibus caedantur. Praeterea priuatim satifiat^f). — Vir Celeberrimus E. C. WIELAND tantummodo hunc criminali poena castigandum censet, qui mulierem contra eius eorumque, quibus subest, potestatem, siue vi, siue illa assentiente hisque inuitis, siue sine vi rapuit; nec quidquam docet interessè, consilium assequutus sit, nec ne. Si quis vero innuptam volentemque, absque vi, matrimonii ergo, abduxit, disciplina publica coercendus. Qui adulterii causa rapuit, omnium acerbissime tractandus^g). — BESECKE raptum ad plagium refert, nullo habito aetatis et sexus discriminine, si consilio improbo factum est, habitatione ergastuli in XX annos mulierat, praeterea que quadruplam damni facti reparationem ac criminis in raptu commissi poenam adiungit^h). — VALAZE violentam abductionem inter delicta grauissima refert, quum pluribus modis pernicioса fieri possit. Hinc, qui puellam aut iuuenem vi rapit, in V annos relegari, et, quoad viuit, ex districtu iurisdictionis exulare iubetur. Qui nuptam vi rapit, in VIII annos relegatur, et per omnem vitam prouincia exulat; si nupta raptum probavit, raptor, dum viuit, ex prouincia expellitur. Si sponsa alius rapitur, matrimonium, si initium est, tollitur, et raptor in V annos relegatur, atque ex prouincia per totam vitam exterminatur. Qui puellam alii rapit, infamia perennique ex vrbe relegatione afficiturⁱ.

XI.

f) L. c. §. 43. f.

g) Geist der peinlichen Gesetze, T. II. p. 230. f.

h) Versuch eines Entwurfs zu einem vollständigen Gesetzplan für Verbrechen und Strafen, p. 140. f.

i) Über die Strafgesetze, mit Anmerk. überf. v. CAESAR. p. 92. 94. 95. 99. 101. 159. 291. f. — Cum auctor verba: Deportation et Bannissement distinguat, quae acutissimus Vir, CAESAR Verbannung et Verweisung vertit, illud relegationem dixi.

XI.

Conclusio.

Raptum, delictis atrocissimis a IUSTINIANO adnumeratum, Romani, ut vidimus, poena acerbissima notarunt. Nec parum detrimenti in rempublicam ex hoc facinore redundat. Sic enim sanctissima maritorum vxorumque, parentum liberorumque vincula diuelluntur, morum castitas pessundatur, familiae miseria dedecoreque obruuntur, matrimonia infelicissima coalescent. Adde, quod raptus aliorum criminum accessione crebro augetur. Nihilominus poena legum Romanarum iusto acerbior videtur; ideoque in Codicibus Criminalibus recentiorum temporum mitigata fuit^a). In his ego quidem *Codicem Borufficum* nuper sapientissime hoc modo sanxisse reor. Si quis mulierem invitam, ipsius parentibus, tutoribus, maritoue inuitis abduxit, vt eam corrumperet, consiliique compos factus est, decem annos, si raptam violenter confluipravit, aut eius sanitati offecit, omnes vitae dies arce inclusus teneatur, si ad eo rapta vitam amisit, capite mulctetur. Sim raptor matrimonium foeminae ambiit, volentemque, tantummodo iis, quibus illa subest, renientibus, abduxit, prout hi consensus denegandi causam grauiorem aut leuiorem habuere, carcerem aut arcem VI menses, sumimum duos annos incolat. Illorum consensus si raptum sequitur, poena e iudicis arbitrio minui potest; sin negatur, simulque vitium raptae oblatum est, posterior duplicanda.

E 2

Omnino

a) Cf. JOSEPHI II. *Allgemeines Gesetz über Verbrechen und deren Bestrafung*, P. I. §. 140. f. — *Entwurf eines allgemeinen Gesetzbuchs für die Preußischen Staaten*, Th. I. Abth. III. Tit. VIII. Abs. XII. §. §80. f. *Neues Criminal-Gesetzbuch für das Großherzogthum Toscana*, §. C.

—————

Omnino nostris diebus, certe in hac, quam colimus, regione, hoc delictum rarius obuenit, crebrius in fabulis romanensibus in ludisque scenicis legendum spectandumque proponitur. Num haec raptus raritas arguat huius acui mores puros ac pudicos homines, quorum nullus ultra, quam leges permittant, cupiditatibus trahatur? Id equidem vix crediderim. Imo qui seculi nostri solutos perditosque mores corripiunt, vereor, ne criminatio sine fave pondus ex ipsa hac raptus insolentia repeatant. Quid si in foeminiis nostris rari raptus causa lateat? Nam ubi mulieres virtutis tam tenaces sunt, ut, illam posse artibus auferri, nulla spes relinquatur, facile fit, ut viri aestu libidinis tumentis abrepti, quod blanditiis impetrare non potuerunt, vi extorqueant. Ergone nostrarum mulierum ea est liberalitas, ea humanitas, ut, a quibus se expeti norint, horum studia contemni habere, non sui ingenii, sed barbararum esse arbitrentur? Hinc raptus violentia opus non est, ad sumumque persuasionis lenitas requiritur. Quod si raptus interdum fieret, melius, opinor, nobiscum ageretur; sic enim et foeminarum summa pudicitiae cura appareret, nec virorum mores in peius ruerent. Non ego is sum, qui hoc nomine huius temporis mulieres accusem. Modo educatorum nostrorum et philosophorum ethicorum voce vtor, quos frequenter conquerentes audias, exterarum gentium leporibus et elegantiis veterum Germanorum corruptos, Germaniaeque, vna cum ingenii cultura, honestatis probitatisque — pestem illatam fuisse.

—————

ULB Halle
005 482 992

3



1078

DISSE

I

ILLVSTR

SVMMIS

DIE XX

HE

PHILOSOPH

IVR

E

